


meros hosce computare non volui, propterea quod iij longè alij fierent, propter eccentricitatem orbis magni diminutam; & quod apud Copernicum nullis recentioribus observationibus inuestigati & comprobati sunt. Optarem autem (quemadmodum me coram dixisse meminisse potes) Copernicum dimensionum harum fundamenta non antiquas, sed nouas observationes assumpsiisse. Grande enim & immane postulatum illud est (lib. 5. cap. 30. fol. 169. b. lin. 7. à fine) cum, concedendum, inquit, putamus, commensurationes circulorum mansisse à Ptolemao etiam nunc. Nam ipsa terrena Eccentricitas diminuta alios numeros postulat. Nec enim verum est, quod Rheticus in narratione dicit, quod in Mercurio nulla quoque, sicut in Ioue, sentiatur eccentricitatis mutatio: nam non similiter solis Apogei latus suo Apogeo claudit. Huc accedit, quod Ptolemaice observationes satis crassæ & partiles sunt, quas omnino præcisoribus corrigere oportebat. Sed de his iam frustra conqueri licet. In tuo autem proposito, si numeri hi vtcunque tibi respondeant, te putas officio tuo egregiè functum, tibiq; quemadmodum Copernicus apud Rheticum in epistola, vehementer gratuleris, certissima spe fatus, propediem fore, vt occasione horum, quæ à te ingeniosissimè sunt inuenta, ceteræ quoque, quæ iam adhuc dubia sunt, & Astronomorum cætum non parùm torquent, planissima sint futura.

C A P V T X X.

Quæ sit proportio motuum ad orbes.



TQVE haec tenus quidem expeditum est argumentum illud, quo ego plurimum roboris afferri putonouatis hypothesibus: demonstratumque, quod proportione quinque regularium corporum tantur $\alpha\pi\sigma\eta\mu\alpha\tau\alpha$ orbium in hypothesibus Copernici. Videamus modò, utrum altero etiam argumento ex motibus deducto possint & nouæ hypotheses, & hæ ipsæ orbium dimensiones Copernicanæ confirmari, atque in proportione motuum ad $\alpha\pi\sigma\eta\mu\alpha\tau\alpha$ certior ratio ex Copernico, quam ex vñstatis hypothesibus, haberi. Qua in redum amplitudines orbiū proximas Copernicanis ex motuum $\pi\epsilon\rho\delta\eta\kappa\eta\pi\epsilon$ temporibus bene cognitis extruo, faue facilis Vranie, pulcherimo conatu; tuus iam honos agitur.

Primum